Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35040
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

caput est eorum caput et membra sunt homines
iniqui

Respondens

Utique ad hoc sine intellectu est et distinctione
non valet quod unde sunt membra christi per fidem et eius
confessionem et membra diaboli per malam voluntatem
et pravam operationem et qui sunt membra christi [illegible]
adherentes christo per caritatem tollitur ab hac homine
nec sit membra sicut fuit [illegible] sed se ipsum facit
membra meretricis per fornicationem

Opponens

Cum per solam fidem est membra christi baptizatus est quo
habet caritatem quam baptismus signatur in aqua et
spiritu sancto Johannis tercio Nisi quis renatus fuerit
ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum
celorum ergo nullus est membra christi per fidem
quod etiam sit membra per caritatem

Respondens

Baptismus quantum de se est dat utique caritatem
sed si accipiens ponit obicem caritatem non accipit
plerumque eorum caritatem in baptismo acceperunt
per subsequentem culpam perdiderunt quare sepius
in baptizato est fides sine caritate nec oportet
enim dicit renasci ex aqua et spiritu per sanctum
intelligi caritatem sed spiritualem renovationem
que fit per fidem aut spiritualem dei conversionem
et benedictionem que cum aqua elementari [illegible]
[illegible] ad nonam [illegible] christi

Opponens

Ceterique non biberunt aquam [illegible] de qua
Johannis quarto nec manducaverunt carnem
filii hominis nec biberunt sanguinem de quo
Johannis sexto non sunt membra christi per fidem hec
enim requiruntur ad fidelem sed presciti seu dampnati
non fecerunt hec quia sunt in eternum contra christum
nec habebunt vitam eternam [illegible] presciti